This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600093030L



BATHURST

of Lydney Park.



LATIN

AND

ENGLISH

POEMS.

By a Gentleman of *Trinity* College, *Oxford.*

Nec Luſiſſe pudet, ſed non incidere Ludum.

HOR.

LONDON:

Printed for C. BATHURST, over-againſt St. *Dunſtan's* Church in *Fleet-ſtreet.* M DCC XLI.

280. n. 421.

TO THE

AUTHOR

Of the following

POEMS.

TO ſpeak of Merit in Impartial Lays,
And without Flattery a Friend to praiſe,
r this the Muſe ſhall ſtrike the Vocal Lyre,
d ſing in Numbers which Thy Works inſpire,
bo feels your Sorrow with a Sigh ſincere,
d 'ſpite of Reſolution drops a Tear.
o' clouded, like the Sun, thy Genius ſhines
ro' Fortune's Miſt in Bright Immortal Lines,
ke Martyrs from Affliction ſtronger grows,
r drooping ſinks beneath a Weight of Woes:

Not ſo cou'd OVID *in His Exile write;*
The Heart-felt Anguiſh check'd His Tow'ring Flight;
His Theme no longer was the Blooming Fair,
But ſung in dying Notes His own Deſpair.
When modern ſing-ſong Panegyrick Bards,
Whom CIBBER *praiſes, and the Court rewards,*
In dark Oblivion ſhall forgotten lie,
Except preſerv'd by Chance beneath a Pye,
With Rapture ſhall Poſterity rehearſe
To their admiring Sons Thy laſting Verſe.

Since HORACE *flouriſh'd in* AUGUSTUS' *Court,*
(For Men of Wit and Taſte the Gay Reſort)
None but the Britiſh *Bards with Eaſe could ſing,*
Or touch with Equal Skill the Roman *String;*
From their rude Hands the Lyre dropp'd idely down,
Becauſe they were not Lineal to the Throne.

Tho'

Tho' STEPHENS' Muſe in Humble Metre flows,
And warbles Numbers near ally'd to Proſe,
Thy Genius gives a Luſtre to His Rhimes,
And ſuch a Bard may live to Future Times.
So modern B—ſh—ps by Tranſlation thrive,
And Drones receive the Labours of the Hive.

Had Fortune ſhone with an Auſpicious Ray,
And gilded with Her Beams Thy Natal Day,
The World had loſt the Labours of thy Brain,
And PHOEBUS had Inſpir'd Thy Breaſt in vain;
But now what Glory will reward thy Toil,
If when the Goddeſs frown the Muſes ſmile?
And ſure that is the moſt diſtinguiſh'd Fame
Which riſes from your own, not Father's Name.

London,
April 21, 1738.

The

The CONTENTS.

Hunamitis Poema Stephani Duck *latine redditum*, Page 15
s Tertii Capitis Prophetæ Habbakuk, 30
Amicum, 33
Joannem G—ſ——num, *Equitem*, 37
Amicum, 40
Gallum, 43
Amicum cum Joannis Secundi *Operibus*, 46
Sextum, 49
Sextum, 53
Sextum, 59
Henricum, 63
Bacchum, 66
Carolum B..... 70
a Friend, *a Copy of Verſes on* Betty Cloſe's *oming to the Town, humbly addreſſed to all Ladies of Pleaſure of the Year* 1736, 75
bitum Elizabethæ Cloſe, *Salacis Memoriæ*, 79
Thomam G..... 84
Gothofredum C..... 87
Sextum, 91
Macrum, 94
rti Authoris. Ad Rufillum, 98
retrices Britannicæ, 101
A. *ad* J. K. *M. D. Epithalamium*, 105

The CONTENTS.

A. A..... J. T..... S. 109
Feſtum Luſtrale, ſive Baptizatio Ruſtica, 112
To the Author, on the Ladies Subſcription for his Engliſh Poems, 121
The Story of Ariſtæus, *Tranſlated from the Fourth Georgic of* Virgil, 123
Bion's Adonis *Tranſlated,* 139
Pſalm CXIV. *Tranſlated,* 147
On the Death of the Reverend Mr. John Bingham, *Student of* Chriſt-Church, Oxford. *By* T. Gilbert, *A. M. Fellow of* Peterhouſe *in* Cambridge, 148
Pſalm CXXXVII. *Tranſlated.* 153
The Seventh Ode of the Fourth Book of Horace *imitated. To a Friend,* 155
On the Death of the Right Honourable the Lord Caſtlecomer, 1736. *By* T. Gilbert, *A. M. Fellow of* Peter-houſe *in* Cambridge, 158
On the Widow Bradgate *of the* Three Tuns *in* Oxford, 1734. *By a Friend,* 161
The Toaſt. By the ſame, 163
On Lucinda, 164
The Patriot. By the ſame, 165
The Rape of Europa, *Tranſlated from* Moſchus, 166
A Tranſlation from the Latin Ode of the Third Chapter of Habbakuk. *By a Friend,* 176

LATIN

LATIN and ENGLISH

POEMS.

B

SHUNAMITIS

POEMA

STEPHANI DUCK

Latine redditum.

VOS, ô cœleſtes Muſæ, aſpirate canenti,
Nam veſtrum eſt cœleſte melos; Rex maxime Cœli
Invoco præcipue; venias in vota ſecundus
O Deus, & tangas divino flamine pectus
Umbroſum ſeu te Carmel, ſacrive fluentum
Jordani tenet, huc adſis, numeriſque vigorem
Sufficias,

Sufficias, dum me laudes tibi dicere læto
Accîngam cantu, moveaſque Rebellia cordà
Hacidûm, ut memori condant ſub pectore voces.

Talibus orabat dictis Shunamia mater;
Undique Judæi proceres, populique frequentes
Agglomerant; tum mentem inflata, & numine plena
Sic canere incepit: vos, ô Abrâmia proles,
Arrectas adhibete aures; laudare Jehovam
Mens jubet, atque Dei miracula ferre per orbem:
Cum Conſorte tori multos feliciter annos
Exegi, Domino lectiſſima munera cœli
Non parcâ fundente manu, ſemperque patebat
Externis domus Hoſpitium, ſolamen Egenis.
Virtutem ſuadens, divinaque juſſa capeſſens
Has olim terras celebravit Eliſha, Lareſque
Non ſemel ad noſtros venit gratiſſimus Hoſpes;
Ille quidem titulos, & quæ fert gratia regum
Obtulit haud animi ingratus, ſed non ego tali

Mens

Mente utens, dixi, O vates, Deus optimus almam
Conceſſit terram, quâ pleno Copia manat
Flumine; quod ſatis eſt fruimur, non plura rogamus;
Accedant Regum turres & Martia caſtra
Queîs levis ambitio, fugitivaque gloria cordi eſt,
Aurea ſollicitæ tentent & vincula pompæ;
Me ducit natale ſolum, quo degere vitam
Stat mihi, nec lucro placidam mutare quietem;
Hic etenim nudus veſtes, feſſuſque viator
Inveniat requiem, hoc vano prælucet honori
Qui tegit internos luctus, fucatque dolores.
Purpureo Satrapas decorant Inſignia cultu,
Et ſplendore rudis perſtringunt lumina vulgi,
Sed rarò pullæ diſpergunt nubila curæ.

Progenie exceptâ, Cœlum dulciſſima vitæ
Præbuerat; quod cum Vatis pervenit ad aures,
Me vocat; ut veni, tollit ſe ſede propheta,
Nec tum eadem facies, nec vox, nec forma loquenti:

(Delphicus haud quali vultus feritate Sacerdos
Apparet, rabidum ſtimulat cum pectus Apollo,
Edit & inſani figmenta Oracula ſenſus;)
Mortali at pluſquam faciès ſuffuſa decore
Effulſit, cœleſte jubar radiavit in ore
Dicentis; ſalve mulier cariſſima Cœlo!
Non latuere Deum virtutes, præmia ſolvet
Digna, dabitque utero ſterili producere natum.
Sic vates; & mox jucundo pondere ſenſim
Intumuit venter, promiſſam enixaque prolem
Lætabar; ſubito volitabat fama per urbes
Vicinas; puerum extemplo venêre gregatim
Spectatum affines; placidis cum vocibus omnes
Gaudia fudiſſent, grato ſic ore canebam:

O Cœli Genitor, numeros quis laudibus æquos
Inveniat? Quis fando dei miracula pandat?
Te Domino mandante, liqueſcet ſaxea rupes
In glebam, & croceis prægnans flavebit ariſtis.

Aurea deſertum decorabit Copia, lætis
Ridebunt uvis Arabumque inculta locorum.

Talia dicentem populi clamore ſecundo
Sic interpellant, & complent murmure cœlum:
O Deus Omnipotens! quàm vaſta potentia regni eſt
Confeſſi, nomen ſancto laudamus honore.
Cuncta tuo parent ſceptro, naturaque juſſis
Auſcultans, linquit ſoliti veſtigia curſus.
Nos tibi pro tali grates perſolvere dignas
Munere conamur, præſens hic annue votis,
Ut vires puero, ſic creſcant gaudia matri:
Natali porro vates qui præfuit horæ
Conſiliis animum vitæ per lubrica ducat;
Et vos, aligeri ſolium cœleſte miniſtri
Stipantes, tenerâ virtutis ſemina mente
Spargite, dumque hauſtu vitalis veſcitur auræ,

Præſidio

Præſidio munite, & cum mors occupat artus,
Tunc efferte—— manum hic movit matrona, ſilenti
Morigeri juſſo cuncti tacuere, futuris
Vocibus intenti, quas mœſto hæc edidit ore:

Mortales miſeri! tantùm imperfecta ſupremis
Gaudia libamus labris, & nubila luctûs
Lætitiæ imbelles radios ferrugine tingunt:
Antè revolventes quam bis ſeptem egerat annos
Progenies (adeo brevis eſt & ſumma voluptas)
Viſendi ſtudio correpta exivit in arva
Meſſores, & flaventes longo ordine faſces
Erectos, oculiſque arriſit lutea ſcena;
Sed jubar aut Phœbus nimiùm vibravit acutum,
Aut inimica aura, aut ſubiti coiêre dolores
Maturare necem; pater ô! ſuccurre dolenti
Dixit, at incaſſum; penitus vigor artubus ægris
Languit, & roſei vultum liquere colores.

Tanti fama mali noſtras cito pertigit aures,
Atque aderat ſubito moribunda in limine proles;
Indulgens ivi collo dare brachia circum;
Quid puerum cruciat dixi? gemitu ille profundo
Reſpondit, vox & morienti faucibus hæſit.
Tentavi mœrens rabiem lenire dolendi,
Tentavi fruſtra; quatit æger anhelitus artus
Pallentes, Fati inſtantis certiſſimus Index:
Illico frigebant vitalia flumina venis,
Nutavitque æger lethali pondere vertex;
Ter conatus erat gremio ſe attollere, & impos
Ter cecidit, gemitu vitamque amiſit in auras.
Non aliter quàm cum tenerâ radice colonus
Nutrivit vitem, ramos docileſque plicavit,
Sithoniumve gelu, vel mordet noxius Eurî
Surgentem flatus, vani pereuntque labores.

Frigeſcens horrore ſtati, perque ima cucurrit
Oſſa tremor; lacrymas fuderunt lumina, & imbre
Continuo maduere genæ; vix corde dolorem
Suſtinui; demum ſed lingua ſilentia rupit,
Et triſti querulas emiſi pectore voces:

O quàm mortales animos incerta voluptas
Deliciis brevibus mulcet, fugit inde caduca,
Par vacuæ nubi, volucrique ſimillima vento!
Nil autem lugere juvat, non vita redibit
In gelidum corpus, pulcroque cadaveri eundum eſt
In noctem æternam, & tenebroſæ viſcera terræ.
Sed culpare Deum, fatoque edicere leges
Non noſtrum eſt; miro próles fuit edita partu,
Nec magè ſit mirandum, animet ſi ſpiritus aureæ
Exſangues artus, ſedem repetatque priorem.
Si properem ad Carmel, forſan lenimen amaris
Accedat curis; vatis valuere potentes

Fœcundæ

Fœcundare preces ſterilem, votiſque favente
Numine, diſſolvat frigentia vincula mortis.
Tiſhbites viduæ Natum revocavit ab umbris;
Nec Famam eſt Factis ſortitus Eliſha minorem:
Jordani rapidum pallâ cum venit ad amnem
Percuſſit fluctus, hinc atque hinc flumina currunt
Diviſa, & liquidis ſtipant veſtigia muris.
Per multas meſſes tellus Jerichoa colonis
Haud æqua aſſiduis herbas produxit inertes;
Sed mandante illo flavis ridebat ariſtis,
Peſtiferi fontes undaſque dedere ſalubres.
Dilectum cœlo vatem non dulcia ſola,
Aſt & acerba manent penès, ingentemque procacis
Ultorem linguæ ſenſit Bethelia Pubes.
Prætereâ, quando Moabitæ fœdera turmæ
Fregêre, & fruſtra coiêre rebellibus armis
Iſacidûm turbare manus, in bella Cohortes
Duxit Idumeæ * Princeps deſerta per oras;

* Jehoram.

Quà

Quà non arentem mulcebant aêra venti,
Nec puri ſiccis manabant fontibus amnes;
Oppreſſit ſitis ægra duces, ſociæque Phalanges
Defecêre animis, a Te tum, magne propheta,
Auxilium petiêre Duces, nec inane petebant:
Namque ubi juſſiſti, tellus humebat obortis
Fluminibus, campique liquens ſolvuntur in æquor;
Non major tellurem uſtam rorarit aquarum
Copia, cum ſaxa Amramides mollivit in undas.
Quemve unquam fugiet facinus mirabile factu,
Multiplicando oleum viduæ cum debita ſolvit?
Talia qui fecit (votis modò Conditor orbis
Annuat,) exanimi det morte reſurgere nato.

Sic fata, impoſui puerum malè mœſta cubili
Quo vates dormire ſolet, juſſique parari
Quadrupedem; at triſtis conjux abrumpere fruſtra
Propoſitum tentabat iter, dictiſque monebat:

Non Deus æthereo vatis nunc flamine tangit
Pectora, neve illi eſt arcana recludere fati;
Cui ſic reſpondi: cur ſpem compeſcere quæris
Surgentem? Vulgi ritus, & vana dierum
Nomina non mihi ſunt curæ, Deus Optimus illi
Semper adeſt, precibuſque benignas exhibet aures;
Hæc ubi dicta dedi, frænis per plana viarum
Laxatis properavit Equus, Paſſuque citato
Deveni terram celſo quà vertice Carmel
Surgit, odorato recreatque cacumine cœlum;
Qua vitis placidam ramis contexuit umbram,
Conſedit Vates; Zephyri luſêre tepentes
Per nemus, & leni frondes movêre ſuſurro.
Procubui prona ante pedes, tremulâque prehendens
Genua manu, plenas effudi luctui habenas:

Materno dixit parce indulgere dolori,
Non lacrymæ poſſunt fati mutare tenorem;

Accendit Deus, aut extinguit lampada vitæ
Ad libitum; mandare ſuum, ſuccumbere noſtrum eſt;
Vult omnes Natura mori; certa urna paratur
Omnibus, & mors non pœna eſt, niſi talis habetur.
Noſtra tamen magnum ſi tangant vota Tonantem,
Ipſa reguſtabis redivivo gaudia nato.
Sic ait, & baculo defigit lumina, ſervum
Ad ſe deinde vocat; dixitque, hoc leniter ora
Pone ſuper pueri, juſſum ille exêgit herile.

O noſtræ, inclamo, ſpes certa & ſola ſalutis!
Da mihi te facilem; non fas eſt credere ſervo
Tantæ molis opus: ſi tu mecum ire recuſes,
Auritas mœſto vites clamore movebo,
Et natum plorans, & triſtia pectora plangens
Vocales luctum montes reſonare docebo.
Plura fui dictura, dolor ſed verba repreſſit;
At lacrymæ & gemitus habuêrunt pondera vocis.

Motu

Motus erat tandem queſtu, ſedemque virentem
Liquit, & aëri deſcendit vertice montis
Ad Shunam tendens, propero via longaque curſu
Correpta optatas oculis mox obtulit arces;
Ad portam nobis ſeſe dedit obvius altam
Regrediens ſervus: pallentes plumbeus artus
Mortis adhùc pueri tenuit ſopor, intima donec
Fatidicus miſeri intravit penetralia tecti.

Multa animò volvens juxta ſtetit ille cadaver,
Lugenteſque ſeorſum excedere juſſit amicos;
Deinde preces fundens afflavit lumine caſſum
Corpus, & extemplo diſtendit flamine venas
Purpureo ſanguis, vitalem membra vigorem
Senſerunt, victum ceſſitque ignobile lethum.
Sic cædi invigilans balantis ab ubere matris
Quando agnum lupus eripuit, ferus ore cruento
Dilacerat; ſed ſi venientem forſitan audit

 Paſtorem,

Paſtorem, indignans, tamen actus linquere prædam,
Præcipitatque fugam, completque ululatibus agros.

Nunc vates cupidis dat natum amplectier ulnis,
Cui mage purpureo vultus rubuêre colore,
Atque oculi pluſquàm ſolito fulgore micabant.
Non aliter quàm cùm Phœbus, fulgente coruſcum
Qui vehit axe diem, tegitur caliginis umbrâ;
Cum primo auricomum tenebris caput exerit atris
Splendidius vibrat jubar, aut vibrare videtur.

Definit hic matrona loqui, numeroſaque turba
Reſpondens junctis ſic claudit vocibus hymnum:
Armipotens Deus! Imperii quàm dirigis æquâ
Fræna manu, vitamque viris vel funera miſces!
Te globus immenſus Terræ, te lucida ſummi
Regna poli agnoſcunt Dominum; tuque inclyte mund
Sol Decus ætherei, qui comples lumine cœlum,

Re

Redde Deo laudes, cum gurgite ſurgis Eoo,
Heſperio & rutilos cum mergis in æquore currus.
Tu noctis Regina argentea Luna, minores
Voſque Ignes qui luce aſpergitis aëris amplos
Cærulei tractus, vos O campique liquentes
Marmoris æquorei, Regem laudate Jehovam,
Horrida flammanti torquentem fulmina dextrâ.
Vos fontes, amnes vitrei, & vaga flumina curſus
Finditis ut liquidos, meritas perſolvite laudes.
Vos omnes, denſæ nebulæ pluviique vapores
Surgentes laudate Deum, laudate cadentes.
At vos, Iſacidæ, pleno qui ducitis hauſtu
Dulcia dona Dei, & toties miracula magna
Vidiſtis, celebrate perenni nomen honore.

PARS TERTII CAPITIS Prophetæ HABBAKUK.

FUlgore cinctus terribili Deus
Teman relinquens, & Pâran arduum,
Complevit orbem dignitate
Et liquidi ſpatia ampla cœli;

Mors multiformis prævolat, & lues
Horrenda, morborum agmine lurido
Stipatus incedit; voraces
Sub pedibus glomerantur ignes.

Emenſus orbem luminibus, gravem
Mundi timorem gentibus incutit:
In plana ſubſedêre colles,
Et refugi tremuêre montes.

Magno

Magno feroces Æthiopas metu
Vidi paventes; vidi ego territos
Orbes remotos, & trementem
Horrisono Midian tumultu.

Vidêre Rivi Te pavidi; juga
Vidêre Te, Te flumina, & intimis
Terrore perculsi cavernis
Æquorei gemuêre fluctus.

Caliginosâ nocte premit polum;
Sistit fugaces Sol pavitans equos,
Nec triste pallens Luna curat
Noctivagos agitare cursus.

Sensêre Gentes quid Deus impiæ
Possit Jacobi: terribilem quatit
Hastam, feruntur dum sagittæ
Lethiferis per inane pennis.

Fluenta curſu præcipiti retrò
Volvêre fluctus ; attonitus petit
Jordanus urnam, dum triumphans
Per trepidas equitavit undas.

Tantæ ruinæ dum Sonitus minax
Perſtringit aures, faucibus obruta
Vox hæret, imas & pavores
Horrifici penetrant medullas.

Si terra fructus edere deſinat,
Natura languens ſi pereat, canam
Te Principem terræ, Jehovah,
Te ſuperi Dominumque cœli.

Ad Amicum.

CAROLE, diſpeream ſi ſit mihi gratior ullâ
Litera, quam veſtrâ charta notata manu;
Quò magè perlegi, magè delectavit ocellos;
Sed te plus nimio conqueror eſſe brevem;
Copia verborum multò jucundior eſſet,
O malè deliciis invidioſe meis!
Triſtia ſi quæras cur ſint mihi carmina cordi;
Conveniunt ſorti carmina mæſta meæ.
Qualis in Exilium Romanis actus ab oris
Flebilibus luſit Naſo poëta modis,
Qualiter aut flevit crudelem queſtus amicam,
Fugit ut amplexus dura Corinna ſuos;

Eugu-

Lugubris abſentes ſic plorat Muſa ſodales,
Sic trahit infauſtam tardior hora diem;
Non aures mulcent arguti ad vina lepores,
Non jacet in cupido blandula nympha ſinu;
Hinc curæ accedunt, hinc ſurgit origo doloris;
At noſtri ſupereſt altera cauſa mali:
Annua vicini celebrabant feſta coloni,
Ornabat dubias ruſtica pompa dapes;
Ruricolæ venêre viri, venêre puellæ,
Edidit & gracilem tibia fiata ſonum.
Unica de multis perſtrinxit lumina nymphis,
Me mihi purpureæ ſurripuêre genæ;
Qualiter umbroſis incedit montibus Hæmi
Virgineo Dryadum Delia cincta choro,
Laſcivis præbet veſtem diffundere ventis,
Ludunt ambroſiæ colla per alba comæ.
Haud ſecus hæc motu nymphas ſuperéminet omnes,
Et roſeo placidam ſpirat ab ore necem.

Fervèbant Paphiâ concurrere membra palæstrâ,
Ossa repentinus tangit & ima calor;
Dixi blanditias, dixi molliſſima verba,
Sed manet irato ſurdior Illa mari;
O! ſi caſta minùs, minùs aut formoſa fuiſſet,
Spreviſſem Cyprii ſpicula vana Dei.
Ut pellam curas, & fallam tædia vitæ
Jam propero Aonias ſollicitare Deas.
Quid facis, infœlix? pergis dare vela procellis?
Adverſis demens fluctibus ire paras?
Incaſſum tentas diſpergere nubila ſortis,
Tanto erit haud præſens muſa medela malo.
Stamine quàm nigro ducunt mea fila ſorores!
Hei mihi, quàm miſero vita tenore fluit!
Oxonium peterem, ſed Tonſor, Sartor, & Hoſpes
Nomina ſunt ipſo penè timenda ſono.
Tu fieres longi, cariſſime, meta doloris,
Aſpera ſed mihi te, me tibi fata negant.

Non

Non ſemper nutilos obſcurant nubila cœlos,
Non ſemper tumidis volvitur æquor aquis,
Haud aliter mutet vultus fortuna ſeveros,
Et veniat votis mollior aura meis.
Sed donec mihi te reddat felicior hora,
Hinc eat & redeat mutua charta. Vale.

ı JOANNEM G——S—NUM, Equitem.

) Ellicum, *G——ſ—ne*, animoſus hoſtis,
Per minus caſtas Druriæ tabernas
nis incedens abeas Dionæ
Æquus Alumnis.

ıper (ah dictu miſerum!) *Olivera*
:vit ereptas viduata mæchas,
ıas tuum vidit genibus minores
Ante tribunal.

ıre, cur tantâ in Veneris miniſtras
ſtuas ira? poſito furore
ıc ades, multâ & prece te vocantem
Gratior audi!

ınne ſat mæchas malè feriatas
get infeſtis fera ſors procellis?

Adderis quid tu ulterior puellis

Cauſa do

Incolunt eheu ! thalamos ſupernos,
Nota quæ ſedes fuerat Poëtis ;
Nec domum argento gravis ut ſolebat

Dextra re

Nympha quæ nuper nituit theatro
Nunc ſtat obſcuro miſera angiportu,
Supplici vellens tunicam rogatque

Voce Ly

Te voco rebus Druriæ ruentis ;
Voce communi Britonum Juventus
Te vocat, nunc ô ! dare te benignum

Incipe

Singulum tunc dona feret lupanar :
Liberum mittet *Roſa* Luſitanum,

llici *Haywarda* & generoſa mittet

Munera Bacchi ;

e te forſan moveat libido,
dis pellex requieſcet ulnis
lida effætas renovare lento

Verbere vires.

Ad Amicum.

QUÆ potior ſanus tibi, *Carole*, mitto ſalutem;
Sed præter ſolitum te tacuiſſe queror:
Cynthia decrevit, lucemque coegit in orbem,
Nec venit ad noſtras litera lenta manus.
Quæ legis ex illis ſcribo, cariſſime, campis
Quos * *Ninus* placidis lambit amænus aquis.
Aſpice ut Autumnus ridentem temperat annum
Effundens pleno munera larga ſinu;
Mitior æſtivâ, brumali mitior aurâ,
Ut nimis hæc friget, ſic nimis illa calet.
Luxuriat roſeis vindemia læta racemis,
Nectareoque tumet penſilis uva mero.
Tempora maturant fructus, & poma coloni
Frugiferæ carpunt aurea dona Deæ.

* Fluvius in comitatu Northampt.

Agri-

Agricolæ dociles ducunt ad aratra juvencos,
Et dant fœcundo ſemina flava ſolo.
Phœbus ut exoriens perfundit lumine cœlum
Venator volucres cogit in arva canes.
Piſcibus inſidior vitrei ſtans margine rivi,
Dum lenis tremulo murmurat aura ſono.
Grandia Mœonii miror modo carmina Cygni,
Ut ſtruxit proprium perfida Troja rogum;
Ardenteſque duces, & pingues ſanguine campos,
Et video hoſtiles bella movere Deos.
Quem non mellitæ tangit facundia linguæ
Dum ciet Argolicas Neſtor ad arma manus?
Quantus Achilleis fulget Patroclus in armis
Dum vibrat Lycio tela tremenda duci!
Pars nulla immenſi ridet mihi gratior orbis,
Non habet angellum terra Britanna parem;
O Cereri & Baccho tellus cariſſima! fruges
Prodigus haud parcâ ſpargit uterque manu:

Optima Campano non cedit vitis Iacchò,
Certat & Heſperio nobilis Alla mero.
Hæc plaga formoſis ſplendet ditiſſima nymphis,
Et ſuperat Paphiæ regna beata Deæ;
Singula quot nitidis exultat villa puellis!
Quàm patet in noſtros Area lata modos!
Gaudia quantumvis mihi fundere rura videntur,
Delicii ſine te debilis umbra manet.
Quando erit ut videam caros dilecte ſodales?
O mihi Theſeâ pectora juncta fide!
Optatum ad portum me mollior aura reducet,
Et ſpero facîles in mea vota Deos;
Sed nunc mandato claudetur Epiſtola parvo:
Sis noſtri memor, ut ſum memor Ipſe Tui.

Ad GALLUM.

SI nimis longùm tacui, Sodalis
Care, concedas veniam roganti,
Perlegas vultuque parùm ſevero
Carmen amici.

Ore ſeu fumum placidum Tabacci
Accipis, reddiſque, humilis vel Allæ
Aridas frondes Logicæ rigantis
Pocula ſumis,

Linque ſi poſſis tubulum ſcyphumque,
Linque ſi poſſis comites jocoſos,
Et vaca paulùm metricâ ligatis
Compede nugis.

Ruſtici

Ruſtici nuper (quod ad umbilicum
Duxerant meſſem) Cereri litabant,
Sedula & lautis epulis parabat
Villica menſas;

Captus agreſtis novitate moris
Ad dapes veni dubias vocatus,
Ebibique Allæ calices biennis
Lege ſolutos.

Armiger Zytho riguus potenti
Ructibus voces mutilat, jocoſque
Amputans, laſſas ſtolido cachinno
Vulnerat aures;

Majus haud monſtrum generatur Illo,
Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum,
Plumbeo cui præ catulis equiſque
Omnia ſordent.

Sicco abhinc fluxit mihi vita curſu:
Tu rigas plenis Cyathis amicos,
Blandulâ aut quæris vacuus puellâ
Fallere noctem.

Sobrio

Sobrio & præter ſolitum pudico
Machinâ mî non opus eſt amicâ,
Horreo nec quos maleſana ſparget
Nympha calores.

Pellice & vino careo; ſed uſus
Iſta me ferre edocuit, jubetque
Gaudio ſolari animum priori,
Speque futuri.

Ad Amicum cum Joannis Secundi Operibus.

Carmina quæ lusit plectro leviore *Secundus*
Exiguum nostri pignus amoris habe;
Lumine percurras facili quem Zoilus Ipse
Vix neget antiquis vatibus esse parem;
In quo Nasonis redivivi Musa resurgit
Pandit ut Idaliæ mystica sacra Deæ;
Phœbeos, Cyprioque ambo sensêre calores,
Deperiêre pares, & cecinêre pares;
Julia succendit natum Sulmone poëtam,
Torruit Hagensem Julia pulcra virum;
Belgica Romanæ non cedit Julia nymphæ,
Nec cedis vati, dive Secunde, suo.
Julia digna tuis, etiamque indigna Camænis,
Julia candidior, frigidiorque nive!

Quis

Quis non afficitur, cui non eſt cauſa dolendi,
Cum jacet alterius dura puella ſinu?
Quis tamen afficitur, vel cui ſit cauſa dolendi,
Sævitiæ relegit dum monimenta ſuæ?
Candida mox viſit juvenem Venerilla poëtam
Languidulis oculis, aureoliſque comis;
Omnibus in veſtras placuerunt cărmina laudes,
Cur tibi cui voluit non, Venerilla, placent?
Salvete æternum Dominæ ſacrata Neæræ.
Baſia, Acidalii numine plena Dei!
Baſia, perfuſi Cythereo nectare verſus!
Baſia vel Cypriæ digna placere Deæ!
Incedis Paphiâ religatus tempora myrto,
Et colis Elyſias, Umbra beata, plagas;
Ecce! tibi vates aſſurgunt, Naſo, Tibullus,
Et Flaccus Lyrici gloria magna Chori.
Te ſocium accipiunt, videórque audire catervâm
Unanimi tales edere voce ſonos:

Hic vir hic eſt carus Phœbo, Veneriſque ſacerdos,
Qui cecinit Gnidiæ baſia dona Deæ;
O felix Juvenis; cape præmia carmine digna,
Siſque inter Vates primus, ut illa Deas.

Ad Sextum.

DIVA laſcivi genetrix amoris
Druriam liquit modò multùm amatam,
Et *Coventino* propiore curâ
Præſidet Horto;

Liquit *Howardæ* thalamum protervæ,
Talbotæ liquit penetrale tecti,
Seque jam *Coxæ* Venus in decoram
Tranſtulit ædem;

Regnat hìc luxu inſolito, hìc ruinæ
Confluit pubes ſtudioſa, mœchi
Hìc eunt crebri redeuntque, & odit
Janua limen.

Clarior clarâ meretrix Philippâ
Sub jugum victas juvenum catervas
Misit, & scortis agit invidendum
Coxa triumphum;

Fausta præ cunctis, cupidis virentes
Quam fovent ulnis Juvenes: senilis
Graya dum Civis ciet impotentem
Verbere penem.

Fisa sed cœlo & Zephyro secundo
Latiùs vela haud metuens procellæ
Explicat, sperat placidumque semper
Credula pontum;

Mox frement venti, exitioque fœti
Ingruent fluctus, scopuli patebunt
Abditi, & mergent fragilem æstuosa
Æquora puppim.

Gilla

Gilla venalis ſtat in angiportu;
Brookia Hawardæ celebrat culinam
Nocte pertendens riguis Iaccho
Retia mœchis.

Hooper obſcœnas pedes it tabernas;
Dura paupertas malè *Morriſonas*
Opprimit, mœchas ſub inauſpicato
Sydere natas.

Brewniæ ſplendorem hebetavit ætas;
Carleſis turpis macies decentem
Occupat vultum, parilem dabitque
Cuæ ruinam.

Integram ſerva ante alias amatam
Sylviam, & famam vigili tuêre
Numine, huic primo, Venus, huic ſupremo
Annue Voto!

Præbeas ſi te facilem vocanti
Te colam, Diva, aſſiduus, ſequarque
Te metûs expers, & inibo veſtra
Prælia inermis.

Irritas ſed quid juvat obſeratis
Auribus futire preces? ſubibit
Pellicis (ſera ah ſubeat!) dolendam
Sylvia ſortem.

Cum nihil certi ſtabiliſve Parcæ
Invidæ humanæ tribuêre genti,
Expedit Divum colere explicatâ
Fronte Lyæum.

Hanc mihi normam poſuiſti, in hâc te
Aſſequar, dilecte, libens, tuoque
Eluam exemplo tetricas Oportæ
Æquore curas.

Ad Sextum.

QUalis Threïcias exul damnatus ad oras,
Vel riget æterno quà Nova Zembla gelu,
Innectit cauſaſque moræ, lacrymiſque rigatus
Enumerat liquidæ tædia longa viæ,
Dumque ratis vehitur ſpatioſa per æquora ponti,
Reſpicit ad patrii littora cara ſoli;
Tendebam tali depreſſus pectora luctu
Ad loca deliciis invidioſa meis,
Qua non purpurei delectant munera Bacchi,
Qua non Idaliæ dulcia dona Deæ.
Tunc animum abſentes ſocii ſubiêre, meroque
Irrigui riſus, ambiguique ſales,
Et ſemper faciles in amoris furta puellæ,
Et Lunæ ſigno conſpicienda domus;

Mox ruit in mentem qualis ſeſe ore ferebat
Sylvia, dum jacui captus amore ſinu,
Brachia dum circumque dedi, venereſque pererrat.
Fixi molliculis oſcula mille genis,
Qui titillantes repſêre per oſſa calores
Mentula dum gratum cœpit amoris opus!
Gaudia dum placido jacui languore ſolutus,
Fingere vix animus, pingere Muſa nequit.
Sylvia, druricolas inter pulcherrima nymphas!
Sylvia laſcivi gloria prima chori!
Quando iterum tepidos liceat penetrare receſſus?
Quando iterum roſeo baſia ab ore bibam?
Baſia quæ gelidam poterint renovare ſenectam!
Baſia amatori digna placere Jovi!
Quid mihi ſi teneat Civem *Bartona* catenis
In coitu crebras docta movere nates?
Quid mihi ſi laſcivâ *Antonia* polleat arte,
Calleat & Venerem ſollicitare manu?

Non

Non mihi ſunt cordi—— me *Sylvia* ſola perurit
Languidulis oculis, lacteoloque ſinu.
Excitat, & noſtras potis eſt reſtinguere flammas,
Et Penî vires Illa dat, Illa rapit.
Nunc mala ſors fauſtis nimis, ah! nimis invida rebus
Me gremio avulſit, *Sylvia* pulcra, tuo;
Quàm malè ſuſtinui diſcedens dicere longùm
Cara vale, longùm *Sylvia* cara vale!
Conjuge vix gemuit curis propioribus Orpheus
Raptâ iterum ad Stygii lurida regna Dei.
Innumeri luctus tardant mihi temporis alas,
Et mentem nigro pondere cura premit.
Rure morans quid agam? latet alto pectore vulnus;
Naſcitur haud noſtris rure medela malis;
Hiç uno repenti & eodem tramite ſurgit
Nil veniente die, nil abeunte, novi.
Diverſo longe properant tibi tempora curſu,
Singula delicias exhibet hora novas:

Nocte

Nocte *Roſam* celebras hilari comitante catervâ,
Et te das ſociis, triſtitiamque notis;
Præ cunctis caræ libas de more puellæ
Munera Cornigeri nobiliora Dei.
Forſitan Italici te ludicra pompa theatri,
Scenæ, verſiculi rerum inopeſque juvant,
Orcheſtrâque ſedes, delectatâque canoros
Semiviri modulos combibis aure Chori,
Dum Reges pereunt Cygnorum more canentes,
Tibia & imbelles inflat ad arma manus.
Cum ſolitus ſuadet vigor & tentiginis æſtus,
Sub ſigno Cypriæ bella movere Deæ,
Aut animam niveis *Catharinæ* effundis in ulnis,
Aut te molliculo mulcet *Eliza* ſinu.
Scire cohors quid agit Veneri devota laboro;
(Vix te de genere hoc ulla latere puto)
Fertilis an moechas miſit JUVERNA recentes?
Sana quid ad præſens Scorta lupanar habet?

Quæſitæ

Quæſitæ floretne tenax *Antonia* palmæ?
Pellacine ſedet priſtinus ore decor?
An Juvenem flammâ dignum meliore perurit
Haud Oculis facies infidioſa meis?
Dic, quali regnat pompâ REGINA CORINTHI,
Et quos jam lactat luxurioſa procos;
An gemmis magè quàm formâ ſpectanda theatro
Fulget adhùc nitidi publica cura Chori?
Poſtremùm liceat de te mihi pauca rogare:
Quæ jam venali Laïs amore capit?
Congrederiſne ferox Penem circumdatus armis,
An ruis Idaliæ nudus ad acta Deæ?
An pellex maleſana accendit in Inguine flammas,
Et pateris telo vulnera facta tuo?
Sed te (ni fallor) fecêre pericula cautum,
Et toties paſſum ſpero carere malis.
Quot tecum noctes vinoque jociſque dicavi!
Heu! meminiſſe piget, dum meminiſſe juvat;

Te mœſto quamvis mala ſors ſejunxit amico,
Solvere amicitiæ vincula firma nequit.
Concelebres alio ſi terras ſole calentes,
Te nulla ex animo deleat hora meo.
Accipe vota precor (mihi nil niſi vota ſuperſunt)
Det fortuna tibi quod mihi dura negat;
Liber & alma Venus tibi dona perennia fundant,
Et fallat noctem Diva, Deuſque diem.

Ad SEXTUM.

U M frequens cultor Veneris, puellas
- Infequens circum nemora uvidique
inem Cami, Paphiâ fatigas
Membra palæſtrâ;

urtivos meditans amores
ıe erecto & tenui crumenâ
ɔ ſubluſtri peto KIDNIENSEM
Fervidus Aulam;

ɔoronatis Genio culullis
indulgens celebro tabernas,
ıec, & luſcum, poterit Falerni
Fallere teſta.

Sed
2

Sed parùm arguti ſapiunt ſodales,
Indicæ languet ſapor omnis herbæ,
Et minùs gratum eſt ſine te jocoſi
Munus Iacchi.

O mihi irrupto ſociate amoris
Vinculo, cum quo Cypriæ ſecutus
Signa ſum matris, roſeique cum quo
Signa Lyæi!

Quando erit Grantam ut videam tenentem
Te mei partem haud minimam, meroque
Quando erit tecum ut liceat morantem
Frangere noctem?

Interim (quamvis mihi te negarint,
Me tibi, Parcæ) regione noſtrâ
Miſſilis quicquid novitatis extat
Charta docebit:

Poeta

Poola (ni mendax mihi falſa narrat
Fama) non pridem laqueo Tyburni
Pendula læſa eſt malè ſe ſecuto ex

Arbore collum.

Henlia abſentem ſine fine *Rufum*
Luget, & mœcho haud alio calebit,
Curam acu fallit, Veneriſque dudum

Caſtra reliquit;

Sic (ut antiqui cecinêre vates)
Flevit ereptum viduata Ulyſſem
Sponſa, percurrens minuitque luctus

Pectine telam.

Eſtne cui cedat meretrix apud vos
Fama *Cowellæ?* Paphiæne matris
Noverit BARNWELIA fideliorem

Veſtra miniſtram?

Callidè in portum reſupina amoris
Dirigit Penem, hìc Gnidiæ litamus
Fervidi Divæ, & vetus ara multo

Fumat odore.

Jam ferè longo ſatiata ludo
Otium poſcit Juvenes; graveſcit,
Et tui pars, ut perhibet, tumenti

Conditur alvo.

Alma mox prolem dubiam daturæ
Diva fis præſens genitalis, acres
Mitiga planctus, hebetaque duri

Spicula fati!

Naſcere optata ô ſoboles! ſequaris
Si puer, mores patris, at puellam
Si velint Parcæ, Cytherea matris

Imbuat arte.

Ad Henricum.

NYmpha Coventini quæ gloria fulſerat Horti,
Cui vix vidiſſet Druria veſtra parem,
Exul, inops, liquit proprios miſeranda Penates,
Fortunæ extremas ſuſtinuitque vices,
Nunc trahit infauſtam tenebroſo in carcere vitam,
Et levat inſolito mollia membra toro.
Carleſis, ah! quantum, quantum mutaris ab Illâ
Carleſe, quæ Veneris maxima cura fuit!
Ædе tuâ riſêre olim Chariteſque Jocique,
Hic fuerant Paphiæ currus & arma Deæ;
Arſêrunt Cives, arſit Judæus Apella,
Et te bellorum deperiêre chori.
Jam ſordes pallenſque genas, & flaccida mammas,
Non oculi, quondam qui micuere, micant.

Heu ubi formoſæ referentes lilia malæ !
Labra ubi purpureis quæ rubuêre roſis !
Te puer Idalius, te faſtiditque juventus
Tam marceſcentem, diſſimilemque tui.
Siccine tam fidam curas Erycina miniſtram ?
Hæccine militiæ præmia digna tuæ ?
O Venus ! ô nimium nimiumque oblita tuarum !
Carleſis an meruit ſortis acerba pati ?
Quæ poſthàc ariſve tuis imponet honorem,
Ardebit poſthàc vel tua Caſtra ſequi ?
Omnigenas æquo circumſpice lumine mœchas
Quas tua pellicibus Druria dives alit,
Quæ cellas habitant, vicos peditesve peragrant,
Aut quæ Wappinios incoluêre Lares ;
Invenienda fuit nuſquam laſcivior, artûs
Mobilior, ſacris vel magis apta tuis.
Carleſis ah noſtris & fienda & fleta Camænis !
Accedat veſtris nulla medela malis ?

Te vereor miſeram fortuna tenaciter anget,
Nec veniet rebus mollior aura tuis.
Eſt tibi (ſitque precor) pellex, *Henrice*, vireſcens
Quæ te primævâ ſimplicitate capit;
Sera Illi teneræ langueſcat gratia formæ,
Vita Illi curſu candidiore fluat,
Conjuge ſit Batavo felix, tutuſque fruaris
Aurea dum craſſâ Cornua fronte gerit.

Ad BACCHUM.

DIVE Thebanæ ſoboles puellæ
Mixta quem mater peperit Tonante,
Dive qui vinclo metuente ſolvi
Nectis amicos!

Nubilas præſens removere curas
Porrigis frontem minùs explicatam,
Et Dionæis agitata mulces
Pectora telis;

Linque Campanos Siculoſque colles,
Linque Nutricis juga celſa Nyſæ,
Et meum comple, Deus alme, toto
Numine pectus!

Me puer longùm Veneris marinæ
Spiculis urgens cruciavit, adſis
Lætus, & fœlix miſerêre noſtri,
Dive, laboris!

Igne (ni falſum cecinêre vates)
Ipſe mortali caluiſſe quondam
Diceris, nec te puduit decorâ
Virgine vinci:

Atticas quando ſpoliis onuſtus
Victor Ægides reparavit oras,
Vela diffundens nimiùm ſecundo
Turgida vento:

Sola deſertis Ariadna terris
Multa de falſo doluit marito,
Et repercuſſo ſonuêre Naxi
Littora planctu;

Tu

Tu capiſtratis rediens ab Indis
Tigribus vectus, viridique cinctus
Pampino crines, placidâ bibiſti

Aure querelas.

Mox ubi nympham lacrymis venuſtam
Videras, ictus caluiſti amore,
Et pares ſenſim ſubiêre nymphæ

Pectora flammæ.

Adfuit ridens, Erycina, puris
Tuque cum tædis, Hymenæe, teſtes
Igne quàm fido colis Ipſe nuptam,

Nupta maritum.

Dulcia experte ô ſine felle amoris
Jam fave, Lenæe pater, vocanti;
Et fuga ſævum nimis ulceroſo

Corde Tyrannum!

Tum

Tum tuo gratus meditans honores
Numini haud parcos calices litabo,
Luce dum Sol exoriens rubentem
Pingit Olympum;

Cumque mî pectus calet, altiori
Te canam plectro, numeros puellæ
Leſbiæ, vel dulce ſequens Sabini
Carmen Oloris:

Ad

Ad CAROLUM B.....

ATRA curarum minuens Geneva
Occidit duro nimium ſtatuto
Pellici & Vati malè conſulentis
Parliamenti:

Utilis mœchæ fuit & Poëtæ;
Sprevit hinc Vates Dolopum catervas,
Mœcha *Conſonum* tetricâ minantem
Fronte laborem.

Solvitur juſtas Druria in querelas,
Per Coventini ſpatia ampla & Horti
Plangor auditur, gemituſque, tunſa &
Pectora palmis.

Talbotam

tam fortuna premet ; relinquent
ſis quondam miſeræ Penates
laſa & *Johnſon* duo pervicacis
Fulmina linguæ.

a inornatis queritur capillis ;
per caro dolet eſſe ſucco
, *Plumarum* cyathiſque verſis
Hoſpita mœret.

:um grata ô ! ſuperis & imis,
vale longumque vale inter omnes
ıens ſuccos, veluti Pedeſtres
Fanny puellas ;

:e *Plumarum* decus & columna,
y, ſeu *Brimſtona* probas vocari !
ıdens, apta & Veneri, & jocoſo
Apta Lyæo.

Suave

Suave *Grubæi* doluere Cygni,
Dulce tam fudêre melos canentes,
Ut forent Ipſi moribundi acerbâ
Morte Genevæ.

O vitro fons ſplendidior Poeſis!
Tu dabas Ignemque animumque Vati,
Tu dabas ſacros, pereunſque tolles
Mente furores.

Quis chori nunc Pierii ſuperſtes
Flebit abſentem Laribus Britannis
———, dum gens patienter audit
Fœminæ habenas?

Quis ſimul liquit Batavûm Penates
Vota Neptuno pia fundet? almam
Quis Thetin pinget vigili tuentem
Numine puppim?

Quis canet Regem litui tubæque
Ludicra & ficti ſimulacra belli
Quem juvant, ſtat dum innocuas tremendus
Ante Cohortes?

Albion quam conſiliis *Roberti*
Floret! en! ut pacificis *Horati*
Artibus Mavors agitur beatis
Finibus Exul.

Aureum genti redit en! Britannæ
Sæculum; tuti volitant per æquor,
Nec truces noſtri metuunt ut olim
Navitæ Iberos.

Quis Lyræ pollens patienſque Phœbi
Poſteris hæc ancipiti legenda
Det fide? vani procul exulate
Mente timores:

Cibber en! grato ſupereſt labori,
Carus argutæ Fidicen Thaliæ,
Lucidum noſtræ columenque, ſpeſque
Unica laurûs.

Concinet majore Poëta plectro
———, quandoque calens furore
Geſtiet circa thalamum ferire
Calce galerum;

Concinet fauſtos Britonas, capacem
Conſilî mentem *Carolinæ*, *Iülum*
Martium, at patrem minimè ſequentem
Paſſibus æquis.

Cum premet geſta & *Gulielmi*, & *Annæ*,
Invidis ætas tenebris, Camænam
Collii, noſtra & pariter ſtupebunt
Sæcla Nepotes.

By a FRIEND,

A COPY *of* VERSES *on* BETTY CLOSE'S *coming to the Town, humbly addreſſed to all Ladies of Pleaſure of the Year* 1736.

MOURN every Nymph, whom Providence has (left
Of all, but your Celeſtial Charms, bereft:
Who barter Beauty for the Luſt of Gold,
And like a Place at Court are to be ſold;
To Age, or Impotence, your Charms betray,
A Lump of dull inanimated Clay,
To Sharpers, Coxcombs, 'Prentices, or Beaus,
For Womenkind have neither Friends, nor Foes)
Exhauſt with all your Arts each languid Vein,
Till not one genial Drop of Luſt remain!

Fair * *Preſtland* comes; inferior Beauties fly!
A *Hellen* cannot with a *Venus* vie.
Scatter like Miſts before the Riſing Sun!
The faireſt Nymph will be but laſt undone.

Clarke muſt live chaſte, and perjur'd † *Latimore*
Shall ceaſe to clap Mankind, that is—— to whore.
Peace to Thy Aſhes, fair unhappy Shade!
By Beauty ruin'd, and to Vice betray'd;
Who fell an early Sacrifice to Luſt,
And now what once the World ador'd—— is Duſt.
Here ‡ *Delia* claims a tributary Tear,
With Frailty modeſt, tho' a Whore, ſincere;
Contented with the Charms that Nature gave,
She made Mankind Her Momentary Slave;
Like forward Fruit was blaſted in Her Bloom,
Whoſe Wit, and Beauty, found an early Tomb.

* Her Huſband's Name.
† She died this Winter, in the 23d Year of her Age.
‡ *Nanny Featherſtone*, who died this Winter, in the 20th Year of Age, very much lamented by all Gentlemen of Pleaſure.

Ye Deities! whom perjur'd Lovers ſlight,
From ſuch a Fate preſerve unhappy *Knight*,
Whoſe pleaſing Form and Merit might ſuffice,
To charm the ſordid Wretch that gain'd the Prize;
Who far from Pity, triumphs in his Guilt,
And boaſts o'er Wine the Virgin Blood he ſpilt.

Now *Cox* but with diminiſh'd Rays will ſhine,
And own fair *Preſtland*'s Beauty more divine;
Roberts will curſe all Whores, nor ſpare e'en *Carter*,
From worn-out *Careleſs* to fair *Kitty Walker*;
Aſpiring *Antony* will drop her Creſt,
And condeſcend for Shillings to be bleſt.
Thus when bright *Venus* glides along the Sky,
Celeſtial Beauties from Her Preſence fly,
Immortal Deities Her Charms adore,
And own with Envy Her ſuperior Power.

Let the Fair Sex, whom peeviſh Honour calls
To guard their Virtue in Enchanted Walls,
From Her Example learn: When Nature gave
Pride to command, and Beauty to enſlave,
She never meant it like the Miſer's Store,
To keep in Plenty the Poſſeſſors poor;
But let their Charms ſhine o'er the conquer'd Ball,
And be Ador'd, Enjoy'd, and Lov'd by All.

When thus apply'd, to whomſoe'er 'tis given,
Beauty's the Bleſſing, elſe the Curſe of Heaven.

In Obitum ELIZABETHÆ CLOSE, Salacis Memoriæ.

DECUS Puellarum & Juvenum dolor
Me, *Cloſa*, poſcis tendere barbiton,
Maneſque carmen luctuoſum
Sollicitant pretioſiores.

Miniſtra Divæ ſedula Cypriæ
Heu! *Cloſa*, vitæ in limine concidis,
Libido cui famam perennem
Idaliâ peperit palæſtrâ.

Jaces feretro frigida, pallidâ,
Sed morte in ipſâ lubrica conſpici;
O præcoci direpta fato!
O Paphio magis apta ludo!

Videre

Videre flentem jam videor comis
Paſſis Miniſtram, jam manibus piis
Cadaver ornantem cupreſſi
Fronde nigrâ, fragilique myrto.

Amoris olim ô! prodiga, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ!
Laudanda Pellex! rara Virtus,
Druricolis veneranda Nymphis!

O! ſi Senator, ſi ſimilis tui
Aurum irretorto lumine viderat,
Non gens doleret preſſa, rerum et
Candidior remearet ordo.

Vitale flumen dum roſeâ genas
Pinxit juventâ, pulcrior in tuos
Vix ivit amplexus, Adoni,
Idaliis Erycina lucis.

Vultu benigno dum tibi riſerit
Fortuna, dum te ſollicita ambiit
Pubes, & exultans catenis
Molliculis requievit ulnis;

Bartona non te clarior extitit;
Non floruit te *Coxa* beatior
Quanquam Coventinum per Hortum
Egit Equos volucremque currum;

Quæ nunc decenni trita libidine
Tandem recumbit Conjugis in ſinu;
Feliciorem te ſed atro
Styx novies cohibet fluento.

Heu! cogit omnes dura neceſſitas:
Formoſa multi nominis occidit
Clevelanda, nec *Gwynnam* valebat
Angliaco placuiſſe Regi.

Merſa eſt acerbo funere ſanguinis
Vanella clari, nec grave ſpiculum
Averteret fati Machaon,
Nec madido *F*——— Ore.

Atqui priorum nunc meretricibus
Te, *Cloſa*, miſces temporum, & Angliam
Oſtendis almam matrem Amoris
Poſthabitâ coluiſſe Cypro;

Te Laïs olim nobilis, invido
Te nata Ledâ lumine conſpicit,
Te ſumma formâ, ſumma ſceptro
Niliaci Cleopatra regni.

Te ſæpe ſanam, ſemper amabilem
Morti vetabit cedere Pieris,
Sed fleta, ſed ſecura famæ
Per Juvenum volitabis ora.

I, clara pellex, utere honoribus!
I, clara pellex, ſat tibi vixeris!
Haywarda te flet, te fidelis
Beſwicius Veneris ſacerdos.

O umbra felix! temne volubilis
Jam tuta ſortis nubila, Druriæ
Morboſque ſpectans & dolores
Elyſiis miſerêre Campis.

Ad THOMAM G.....

O SÆPE mecum ſollicitudines
Mulcens Lyæi munere candidi
Bacchate, donec ſol reſurgens
Æthereis radiabat arvis,

Thoma meorum prime ſodalium !
Ex quo relictis non bene poculis
Arcebar à Grantâ feroces
Myrmidonum fugiens catervas.

Fortuna ſævo læta negotio
Me rure claufit, jam nimium diu !
Dum tu reviſis multùm amatæ
Fumum, & opes, ſtrepitumque Romæ

Jam

Jam ſorte felix, quærere diſtuli
Quo more fallis tempora, nam reor
Te non inertem, ſive fontes
Pieriæ ſtudioſus artis

Sanctos recludis, ſeu Genium mero
Curas ſodales inter amabiles,
Seu te virentem ſuadet æſtus
Idalias iterare pugnas.

Fortuna ſi nunc ridet amicior,
Condat nitentem mox nebulis diem;
Mortalis ævi horæque pennâ
Aufugiunt trepidante ſolvi.

Ergo caducæ quiſquis erit color
Vitæ, benignâ munera ſeu manu
Fortuna fundat, ſeu malignâ
Quæ dederit rapiat; dolores

Donis Lyæi pellere Gallici
Memento, ſed ſi difficilis negat
Crumena, ſuccum Luſitanæ
Purpureum bibe gratus uvæ.

Nec herba deſit clarus ab ultimis
Vati *Ralæus* quam bene conſulens
Deduxit Indis, Ipſe Vates,
Caſtaliæ decus Ipſe turbæ;

Muſis, jocoſo caraque Libero
O Herba ſalve! Carmine nobili
Cantata *Thori*, largè Apollo
Quem geminâ decoravit arte.

Ad GOTHOFREDUM C.....

REctius vivit, *Gothofrede*, nympham
Qui videt formoſam oculo irretorto,
Corda qui geſtat Veneris domari.
Neſcia telis;

Ille ſecurus roſeam videri
Spectet *Howardam*, facileſve riſus
Browniæ, vel te, *Catharina*, pubis
Cura Britannæ.

Integer (ſi mens eadem fuiſſet)
Sylviam fictâ caluiſſe flammâ
Senſeram, nec ſurpuerat mihi me
Fulgor Ocelli;

Sed parum cautus perii tuendo ;
Mutuam linguæque fidem voventis
Combibi gratum malè faſcinatâ

Aure venenum.

Te parens rerum nimio decore
Prodiga ornavit ; tibi, pulcra pellex,
Cederet Daphne peramata Phœbo,

Gnoſis Iaccho ;

Te ſimul pleno, Juvenum, theatro
Turba, fulſiſti, coluit, ſecuta eſt
Te nimis latè Cypriæque matris

Signa ferentem.

Angliâ plures meditans triumphos
Galliam victâ celebras, timentque
Jam levem nymphæ tua ne retardet

Aura Juventam.

Sis tamen felix ubicunque vivis!
Immemor quamvis malefida noſtri es,
Nec Dionæis cruciata curas
Corda ſagittis.

Forſitan te nunc viridem puella
Mutua torret, *Gothofrede*, flammâ,
Unico gaudens, Paphiæque jam nunc
Cruda palæſtræ;

Hanc ſinu mulces nimiùm fideli
Igne langueſcens, vacuamque credis
Fraude, juratos toties timentem &
Fallere Divos;

Perfidam ſed mox alio calere
Senties, ventiſque fidem dolebis
Traditam, & mollem vario fugatum
Pectore amorem.

Occupet nomen Juvenis beatî
Qui manet votis precibuſque mœchæ
Surdior ponto, atque agitante pontum
Surdior Euro.

Fœmina ô ſolâ levitate conſtans !
Me ſat unius docuêre fraudes
Quàm graves vel ſub placido laterent
Æquore rupes.

Ite ſpes blandæ teneræque, dulces
Ite languores alimenta flammæ !
Non Deo cedam redimire amanti
Tempora myrto ;

Sed furens ſuadet quoties libido,
Druriæ vel me accipient tabernæ,
Aut parúm ſanis domus *Oliveræ*
Nota puellis.

Ad Sextum.

O QUI frequentes ſorte beatior
Maligna quam mî fata negaverint,
Amice, Romam, nocte gaudens
Cum Sociis madidis Lyæo!

Quanquam in remotâ parte Britanniæ
Me ſors locavit, conſpicit exerens
Se Phœbus undis & recumbens
Uſque tui memorem & tuorum.

Nunc forte pellex Incola Druriæ
Vici ſagittam miſit ab angulo
Victoriæ ſecura, nigro
Crine decens, roſeoque vultu;

Quæ

Quo te beatum vulnere cogitans
Ictus medullas dulce periculum
Sectaris, incedens per Ignes
Suppositos cineri doloso.

Parcus Diones cultor & infrequens
Libo capaces jam cyathos Deo
Cui Nysa ridet, cui Falernus,
Et Siculi placuere colles.

Mox læta suadent munera perfidæ
Oblivionem ducere *Sylviæ*,
Regina quam fovit Cytheræ
Perniciem Juvenum decoram.

Quàm penè Ocelli languor amabilis,
Collumque certans Threïcia nive
Me victimam duxit volentem
Idalias periturum ad aras!

Sed Liber almo numine conſulens
Periclitanti, me mihi reddidit,
Præſens Dionæos calores,
Et tetricas removere curas.

Ad MACRUM.

JAM Granta vanis ſat lacrymis dedit,
Tenentque mutas jam ſalices lyras
Donata quas nuper ciebat
Sera nimis *Carolina* cœlo.

Si mî dediſſet Cynthius Ingenî,
Regina, vires, alite ſurgerem,
Ferremque virtutes ſtupendas
Perpetuâ ſuper aſtra famâ.

Te floruerunt te miſerabiles
Muſæ ſecundâ (credite Poſteri)
Languens & erexit decoram
Religio, tua cura, frontem:

Vates revinctus tempora laureâ,
Dulciſque teſtis fiſtula *Duckii*;
Doctuſque *Præſul Briſtolenſis*
Grande decus columenque mittæ.

Exoſa luxum quid tibi profuit
Regalium & mens deliciarum egens?
Congeſta non auri talenta
Multa brevem Dominam ſequentur.

Cedis coemptâ Socraticâ domo,
Villiſque purus quas Thameſis lavit;
Antrumque venalis relinquis
Materiam ſterilem Camœnæ.

Regina, magnæ ſit tamen hoc tui
Solamen umbræ: nobilis audies
Eccleſiæ tutela, temnens
Arbitrium popularis auræ, &

Vindex

Vindex Minervæ ſtrenua ; quamdiù
Cami fluentum Pierides colent,
Carmenque *Ducki* per virorum
Nobilium volitabit ora.

Rumpent ſorores ſtamina luridæ ;
Amice, te mox accipiet ratis
Charontis inviſa, & ſubibis
Tartareas levis umbra ſedes.

Extructum Avaro quid miſero invides
Theſaurum ? inanes quid titulos ſtupes ?
Mutare nec fati tenorem,
Nec valeant relevare curas.

Non eſt tuum, ſi ſors furit improba,
Inſanienti cedere turbini ;
Innixus at virtute acerbas
Sperne minas ; validum ingruenti

Oppone pectus fortiter æquori ;

Fugata demùm nubila ſenties,
Fluctus recumbent, & nitebit
Mox radio meliore Phœbus.

Hoc paſce mentem conſilio, tui
Potenſque vivas ſorte beatior,
Quam ſi Tyranni poſſideres
Divitias operoſiores.

INCERTI AUTHORIS
Ad RUFILLUM.

O QUI potenti fortior Hercule
Nocturna miſces prælia! cui Venus
Penem fatigari dolentem, &
Indomitos dedit alma Clunes!

Quæ Thameſis te propter aquas Patris
Puella dulci jam fovet in Sinu?
Quæ jam *Rufilli* proruentis
In Venerem tolerare Pondus

Virago gaudet? num tibi pinguior
Suſanna Pubem ſubjicit horridam?
An mollis implumem *Mariæ*
Cunniculum penetrare tentas?

Nimis beatus! quem neque Gaudia
Incæpta Lictor rumpere geſtiens
Perturbat immitis, vetatve
Appoſitam tetigiſſe Vulvam.

Deſerta mœret Druria Pellices
Raptas; abactos plus vice ſimplici
Greges Puellarum Ipſa flevit
